Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Ferraria insignis vrbs veteri pado apposita: Quam ciuitatem primum moenibus circum
datam a Smaragdo patricio et Italie exarcho / circa annum domini .700. Christianam
fuisse historie tradunt. Nominis causam hanc asserunt: vetusta rauennatium ecclesie
monumenta q vrbis illius archiepiscopi tria iuditum ecclesie sue loca a tribus metallorum no
minibus appellauerint: Aureolum foroliuiensis agri in ameno colle situm ab auro: Et Argenta
pado primario oppositum ab argento: Ferrariamque a ferro: Cum aut Ferraria ab ipso cond
itionis initio in partibus rauennatium romanorumque simul aduersus longobardos durasset /
illis a Carolo victis / post donationem, de exarchatu Rauennate factam: romane ecclesie in eius
obedientia perseuerauit. Tandem qua tempore germani imperatores ecclesie aduersari ceperunt
ipsa quoque ciuitas sub alterutris vacillauit. Sed ad annum salutis vndecies centenum Ma
thildis comitissa venetorum rauennatumque auxilio eandem vrbem ab henrico tercio ecclesiae hos
te occupatam sibi subegit. Et anno abinde centesimo et vigesimo primo quum marchiones
estenses amicitiis diuitiisque potentissimi in ferraria essent Salinguerra quidam ferrariensis
per eorum et Eczelini amicitie occasionem presidia vsus / Frederici barbarossi insignitionibus aux
iliorum ferrarie dominium occupauit / In eaque regnauit annis decem et nouem: Quem Innocen
tius quartus pontifex romanus venetorum auxilio / ad annum salutis duodecies centenum atque qua
dragesimum expulit / Et marchiones estenses ferrariam sibi paulo post subigere ceperunt.
vbi Oldandinus Estensis primo prefuit. Sed anno abinde sexagesimo octauo presidante clemen
te quinto cum Azzo estensis marchio Beatricem Caroli secundi Neapolitani regis duxisset vxo
rem / a Fresco eius filio propter nouercam superinductam per in carcere coniectus est / Et a venetis impe
trato auxilio ferraria potitus est. Qui cum vidisset ferrarienses se ecclesie subdere velle In vindic
tam se egregie ab his defendi posse sperabant: veneti predis marchionibus per arma pulsis / Et ex ciui
um deditione ferraria sunt potiti; Eamque vt dimitterent adduci non potuerunt: Licet Clemens qui
ius pontifex eo. ciuitatem venetorum ecclesiastico superimposuerit interdicto: Vnde ciues eorum bona per
Galliam britanniamque direpta fuerunt / Nec paruissent iussionibus pape nisi legatus ecclesie
liam pallagiria florentinorum et Caroli regis auxilio fretus In italiam de Auione veniens venetos
vi et armis ferraria primum: post castello thealdo quod ad pontem retinebant magnis vtrimque commissis
redibus deturbasset. Fuitque postea semper ferraria sub estensis familie gubernatione / pontificibus obedie
ntissima / hac tamen lege vt quot annis decem milia nummum aureorum Romane ecclesie persoluerent / Et qua
s cum guerrationes ad venetis habuerunt Quorum obedientia et pace opibus potentiaque plurimum creuit
quod multiplicatione fecit concilium a quarto Eugenio pontifice romano ibi celebratum / Cui interfuit Io. pale
ologus Imperator constantinopolitanus / Quod vero preteritis temporibus noue / sed splendidissime ciuitati def
uit / presens suppleuit seculum / In ea enim superbissima principum ac ciuium pallacia erecta fuerunt / Ibi
ad gymnasium sit nostris temporibus / multi humanitate, philosophia, ac legum peritia viri excelluere: preci
tim viros habuit nobiles litteris humanitatis ornatissimos: